

CANCELL:
MARTIS B.
1717:

36

EXERCITATIO HISTORICA

^{D E}

**MIRACVLIS
PROVIDENTIAE
APUD GENTES ANTIQVAS,
INCLYTI
ORDINIS PHILOSOPHICI CONSENSV
PRO LOCO**

IN EODEM OBTINENDO,

*PUBLICAE ΣΤΖΗΤΟΥΝΤΩΝ ΕΞΕΤΑΣΕΙ
SVBMISSA*

A

**FRIDERICO QVIRINO GREGORIO,
PHILOS. MAG. ET AD S. THOM. CONC.**

SABBATH.

D. XI. APRIL. MDCCXIV.

H. L. Q. C.

LIPSIAE,

LITERIS ANDR. MARTINI SCHEDII.



VIR O
NON.TAM.TITVLIS.QVAM.REBVS.TITVLIS.SIGNIFICATIS
ILLUSTRI
DOMINO
FRANCISCO. BORNIO
I C T O
HAEREDITARIO. IN. GROITSCH. SELLERHAVSEN. ET
SCHOENAV
CAPITVLI. MARTISBURGENSIS. CANONICO
GRAVISSIMO
EIVSDEMQVE. CONSILIARIO. SACHARIAE
PRVDENTIAM. IMITANTI
IVDICII. PROVINCIALIS. QVOD. LIPSIAE. ET
IN. LVSATIA. EST
ELDADO. DEO. GRATO
SACRI. SYNEDRII. LIPSIENSIS. PIO. NICODEMO
NEC; NON. IN. AMPLISSIMO. ORDINE. SENATORIO
SERGIO. PAVLO
MORE. CHRISTIANORVM

VIRO
PIO. IN. DEVUM
ET MVLTO. LVCIDIORIBVS. SANCTITATIS. RADIIS
AC. PONTIFICIORVM. FRANCISCVS
CORVSCANTI
ISTE. ENIM
ORDINIS. TANTVM. MINORVM. CONDITOR. EXTITIT
ILLE. VERO
OPERVM. MAXIMORVM. VIRTVTVMQVE. INSIGNIVM
AVCTOR
ISTE
VVLNERA. CHRISTI. SVO. QVOQVE. CORPORI
IMPRESSA
GESTASSE. FALSO. PERHIBETVR
A. SVIS. BLASPHEME. VOCATVS
JESVS. TYPICVS
ILLE
STIGMATA. CHRISTI. CVM. PAVLO. QVIDEM. FERRE
NON. RECVSAT
OMNEM. TAMEN. SALVTIS. GLORIAM
SOLIS. VVLNERIBVS. SALVATORIS. RELINQVIT
ISTE
A. GREGORIO. IX. IN. CATALOGVM. SANCTORVM
RELATVS
ILLIVS
NOMEN. AB. IPSO. DEO. IN. COELIS. ADSCRIPTVM
QVIS. NON. BEATVM. PRAEDICET
ISTIVS
ORDINEM. MONASTICVM. AVXIT. QVAEDAM. CLARA
SOROR. EIVSDEM. A. NONNVLLIS. HABITA
QVAE. CHRISTVM. INFANTEM. VASCVLO
PORTARE. PINGITVR
ILLIVS
SPLENDORI. ACCEDIT
VXOR. PIETATE. CLARA
DEVUM. SVVM. CORDE. INCLVSVM. TENENS

VIRO. PRAETEREA
BENEFICO. IN. PROXIMVM
FONTIS. INSTAR. PERENNIS. SCATVRIENTI.
LACRYMAS. MISERORVM. ABLVENTI
MEMBRA. AEGROTORVM. REFICIENTI
SITIM. LASSORVM. RESTINGVENTI
SVRCVLOS. IN. HONOREM. DEI. CRESCENTES
IRRIGANTI
ERRANTES
NON. VI. QVADAM. IMPETVOSA
SED. MVRMVRE. LENI
CORRIPIENTI
MORIBVSQVE. INCVLPATIS
SPECVLVM. VITAE. EMENDANDAE. PRAEBENTI
IN. DISTRIBVENDIS. ELEEMOSYNIS. NON. PARCE
STILLANTI
VERVM. LARGITER. SALIENTI
IMO
OMNIBVS. EGENIS
AD. MIRACVLVM. VSQVE
PROSPICIENTI
EXIGVAS. HASCE
DE. MIRACVLIS. PROVIDENTIAE
MEDITATIONES
QVA. DECET. ANIMI. OBSERVANTIA
OFFERRE

ATQVE

TANTI. PATRONI

CVRAE. AC. TUTELAE

SVBMISSE. SE. COMMENDARE

IPSIQVE

NVMEN. PROPITIVM

VITAM. FELICEM

VALETVDINEM. PROSPERAM

SENECTVTEM. LONGAEVAM

EX. ANIMO. PRECARI

VOLUIT. DEBUIT

BORNIANI. NOMINIS

CVLTOR. CLIENSQVE

DEVOTVS

FRIDERICVS. QVIRINVS. GREGORIVS.

DE MIRACULIS HODIE DEDICATVS

MEDITATIONIS

QVAD DEO ET A MVR. QVIRINIANI

DEVVM

QVIRIN



PROOEMIUM.

Nter illa, quibus Christiana fides de fictitiis aliorum cultibus triumphat, trophyae, non ultimo loco numeranda sunt insignia a Christo & Apostolis patrata miracula, quibus hominum animos ad auscultanda verba vitae vel excitarunt, vel auditos sermones hisce sigillis certissimis contra iteratos incredulitatis insultus munierunt ac obsignarunt. Atque haec ipsa opera miraculosa non clam, sed palam inspectante populo gesta sunt, ita ut vel inimicissimi Christo Iudei pariter atque homines profani, Julianus, Celsus & alii non tam ipsa facta negare auderent, quam quidem artibus Magicis opeque Daemonum eadem efficta fuisse nefarie calumniarentur. Verum cum ne istis quidem nebulis veritatem satis obscuratam esse ipsum et inviti cognoscerent, quis enim serio hoc animo suo persuadet, homines vita inculpata se omnis commendantes commercia iniisse cum Diabolis? quis Spiritum quemcumque malignum adeo imprudentem credit, ut ea fecerit, ex quibus nihil plane honoris aut commodi, multum contra ea dederoris ac danni acceperit? hinc alia fabricanda erant tela, quibus munitissimam veritatis areem coelisque ipsis contiguam denuo oppugnarent. Quemadmodum itaque sub

A

Oecono-

Oeconomia V. T. τῷ μεστῇ τῆς παλαιᾶς διαθήκης, Mosi scilicet, non tam falsitas operum mirandorum ab eodem praefitorum objecta, quam quidem miracula alia eaque vera, quod recte a quibusdam Nostrarium defendit, a Magis Aegyptiacis fuerunt opposita; ita quoque τῷ τῆς καυνῆς διαθήκης μεστῇ Christo obvenisse deprehendimus. Ut ergo superstitionis Paganorum turba doctrinam Salvatoris, quae ipsis maxima videbatur stultitia, eo meliori jure repudiasse statueretur, miracula Divina omni modo elevare audebat suisque ne quidem aequiparanda esse fastuoso conatu jaçitabat, subinde ad suos provocans Orpheos, Hercules, Aristeas Proconnesios, Cleomedes Astypaleenfes, Hermotimos Clazomenios, Tuberones, Aesculapios, Apollonios Thyanaeos hujusque fatinae homines sexcentos alias, qui suis miraculis Apostolos una cum Praeceptore non solum aequaverint, sed multis adhuc passibus post se reliquerint. Quid ad haec sancta Christi aseclarum cohors? Fucum, quem omnes fere manibus palpare poterant, publice ostendit, neque statim pro magno Propheta a Summo Numine misso eum agnoscendum esse declaravit, qui hominem ecstaticum resuscitauerit, aegrosque adhibitis medicamentis felici successu sanauerit, bovem quendam aut aprum interficerit mirisque fraudibus adjutus miracula se patrare dixerit, vel potius audacter finixerit. Verum ne sic quidem conquieverunt Adversarii, narrant quippe miracula tot testimoniorum auctoritatibus munita, ac quidem ea ipsa, quae a nobis praedicari solent. Sed salva res est, concedantur eis, quae concedenda sunt, ne causa nostra praefracte negando reddatur infirmior, veritati sane sua vis constabit; quaecunque enim protulerint miracula veritatis aliquam speciem prae se ferentia, minime ea doctrinæ innumeris erroribus refertae causa, sed providentiae modo

Diui-

Diuinae demonstrandae gratia obtigisse clarissime apparet. Id quod praesenti scripto qualicunque paulo uberioris explanare paro, hoc quidem ordine: ut §. I. dari Diuinam prouidentiam demonstrem, §. II. & III. quid & quotuplicia sint miracula? exponam, §. IV. miracula prouidentiae inter Gentes antiquas olim fieri potuisse rationibus ostendam, adiectis postea §. V. exemplis, quorum quidem nonnulla adhuc sunt dubia, ut: §. VI. Vespasiani §. VII. Adriani §. VIII. Virginum Vestalium & §. IX. Barbarorum sacrilegorum; nonnulla autem magis verosimilia, qualia sunt, quae §. X. de Θησαυροφόροις, §. XI de Crœsi Filio, §. XII. de Xerxe, §. XIII. de Servio Tullio, §. XIV. de Vespasiano & §. XV. de Alexandri somnio referuntur: accendentibus praeterea priuatorum quoque exemplis §. XVI. Simonidis, §. XVII. Androdi & §. XXIX. Arionis, §. ultimo usum denique contra Gentes & Pontificios paucis indicante. Tua vero, o Pater, prouidentia, quae navim gubernat, mentem quoque calamumque ita dirigat, quo veritas miraculorum Tuorum eo clarior eluceat, nostraeque doctrinae fundamentum firmissimum consistat!

§. I.

Ab iis, qui inter Gentes sua miracula nostris opposuerunt, agnitam fuisse Summi Numinis prouidentiam, minime quidem negandum est; attamen cum & inter eos inventi fuerint Epicuri de grege porci, nostrisque temporibus quamplurimi adhuc sese ipsorum si eietati jungere soleant

B Dei-

Dari prouidentiam Diuinam demonstratur;

Deistae , ne quid jure hic desiderari possit, ante omnia istud ipsum solidis argumentis fulciendum esse videtur, quod merito ceu evictum & ab omnibus fanae mentis hominibus comprobatum supponendum erat. Quantum ergo ad Providentiam Divinam attinet, quae est benignissimus Optimus Creatoris actus, quo cunctas res a se creatas conservat, praecipue vero homines ratione praeditos, eorundemque actiones ita dirigit, ut gloria sua eo' illustrior conspicatur hominumque salus eo felicitus promoveri possit; confirmat eandem constans & admirabilis hujus Vniversi ordo, qui non tam ad coecum quendam atomorum concursum , quam Moderaforem sapientissimum respiciendum esse evidenter ostendit, sique praeterea eventus rerum humanarum proposito & causis secundis non semper exacte respondentes paulo penitus consideraveris, vestigia summae alicujus sapientiae directricis multo clariora, quam quidem gressus ignotae cuiusdam fortunae apparebunt. Illa etiam , quae de DEi existentia in mentibus nostris invenitur idea, a Cartesio recte pro solidissimo argumento agnita, quemlibet simul providentiae Divinae quam optimè convincere potest; unde enim hoc evenit, ut ita judicemus : D E U S existit? Respondet Epicureus: Pertinere hanc propositionem ad conceptus communes , qualis v.g. est notissimum axioma: Totum est majus sua parte. Verum quod homines hunc Canonem pro certissimo agnoscant, non inde provenit, ac si actualem quandam ideam ea de re secum in hunc mundum attulissent, sed perceptio rerum sensualium tantum menti nostrae occasionem suppeditat, ut ad eas rite attendat idisque inter se collatis pronissima

nissima sit ad statuendum, totum non esse majus sua parte. Eodem modo & nos nonnunquam procedere solemus in demonstranda DEI existentia, argumento ab effectibus seu Creaturis desumpto. Sed Epicureus plane hac ratione argumentari nequit, quomodo enim ipsi mundus creatus occasionem hujc conclusioni inventendae suppeditare potest? E. datur DEUS, qui DEI curam in condendo mundo plane nullam fuisse constanter propugnat. Si vero quis forte dixerit, per traditionem thesin illam, quod DEUS existat, propagata fuisse, ne sic tamen omnis cessabit difficultas, quaeritur enim: unde primus hominum Summum quoddam Ens existere didicerit? non equidem ex fortuito atomorum concursu, hac ratione enim plus esset in effectu, quam quidem in causa, E. immediate ab ipso DEO, adeoque si DEUS in primo homine condendo se se ges sit ut Numen providum, ideam quandam de sui existentia ipsi implantando, neque tamen propterea beatus esse desit, qui fit, quod Epicurus continuatos hujuscemodi hodienum actus cum felicitate Divina haud confistere posse existimaverit? Ut taceam, nullum negata Providentia DEI amplius relinquiri discrimen turpis atque honesti, virtutis ac vitiorum: nam quia virtus necessariodefinienda est quod sit studium voluntatem Numinis omni modo exequendi, Numen vero ex istorum hominum sententia, voluntatem suam nemini declaravit, ne forte quieti suae aliquid decederet; hinc jam omnis actionum nostrarum honestas ex solis legibus Summorum Imperantium deducenda erit, quibus si visum fuerit sacrilegia, furta, adulteria aliaque vitia edictis suis sancire, subditus horum Magistratum fla-

gitiosissimus acque virtutis cultor habendus erit, ac quidem Philosophus continentissimus, quod tamen ipsum lumen rationis naturali quodam impetu reformidat. Cultum denique Enti Supremo isti Philosophi providentiam negantes praestabunt vel plane nullum vel admodum languidum, omnipotentia enim, bonitas, justitia, misericordia & quae alia sunt Divinae essentiae attributa nos ad cultum allicientia, ab iis aut prorsus non agnoscuntur, aut nimis angustis coarctantur limitibus; ut ergo vel sic pateat, quam facilis sit prolapsus ex Epicureismo ad Atheismum, si forte non jam ipse in eodem lateat subtilior Atheismus, quod praecclare ostendit Vir Doctissimus Moses AMYRALDVS peculiari literonem wider bello Gallice conscripto, ob suam autem elegantiam in diejenigen / welche alle Gottesdienste vor gleich gultig halten.

Von Religion, *בָּרוּךְ לִבְרָכָה* peculiariter liones / wider bello Gallice conscripto, ob suam autem elegantiam in linguam Germanicam translato ab ADRIANO STEGERO, Consule quondam nostrae Civitatis non minus rerum gerendarum peritia, quam summa pietatis laude illustri.

§. II.

Quid per miracula intellegendum sit? Quando autem DEUS Providentia sua hoc Universum gubernat, uplurimum leges motus in prima creatione rebus a se conditis impressas ipsomet liberrime sequitur, nonnunquam tamen accedit, ut quedam phænomena ordinarias naturae leges atque vires planè superent, illaque vocantur miracula. Non itaque *opus naturae infolium*, cuius causa vulgo ignoratur, statim dicendum est miraculum, quac alias miraculi definitio NEHEMIAE GREVIO per placet & a SPINOZA avide arripitur, qui hac admissa hypothesi miracula Mosis, Christi & Apostolorum eo faciliore negotio pro imposturis haberí posse, aut s' item non

Grev. Cosmol. Sacr. Lib. IV. c. V. Spinoz. Tract. Thol. Polis. c. VI. pro operibus Divinis agnosci debere, sibi non sine omni rati-

ratione persuaderet. Neque est, quod idem Impostor famosissimus nobis objiciat, descriptionem miraculorum jamjam allatam vel ideo rejiciendam esse, quod vires naturae penitus perspectas non habemus: Nam si aliquod opus tale esse constiterit, ut manquam vel ipsum, velejus producendi potentia in rerum universitate comparuerit, sed potius motibus causarum naturalium in agendo constitutarum adversum deprehendatur, qui tamen motus alias modo mechanico & uniformi procedere solent, concludere sane licet, hoc ipsum opus vires naturae superare, adeoque dicendum esse miraculum; quod prolixius contra Spinozam deduxit Vir Olearius in *Dissert. de miraculo pectoris nae Berbesdae* §. I. II. seqq. supra laudem meam positus, GOTTFRIDVS OLEARIUS, ita ut nihil, quod addere possim, inveniam. Quoniam vero DEVS rariissime causas ordinem a se semel constitutum solvendi invenit, quod nec cum ipsius immutabilitate adeo bene conveniret, non singulis diebus a nobis expectanda sunt miracula, unde non per seqq. omnia consentio cum Celeberrimo MORNAEO hunc in modum alicubi de miraculis differente: *Sol singulis, Morn. de Verit. Rel.* *diebus universum orbem illuminat & luce perfundit, Christ. c.* *diem quoque & annum & anni tempestates metitur, ar-* XXXIII. p. *bores florent, fructificant, fatiscunt, demum repul-* 749. *lant, revirescunt, reviviscunt &c. humorem s. succum ter-* *rae vitis palmes in vinum, semen in spicas, granulum in* *herbam, nucleus in lignum, in arborem praegrandem ver-* *tit. Tot homines porro singulis horis concrescunt, na-* *scuntur, crescunt. Sunt haec utique maxima mira-* *cula, quae Deus solus facit, quae, quia ista per-* *petuo vides, non respicis, non advertis: Si vel ho-* *rum minimum novum sit, admireris & stupeas* *Quae quidem verba etiam Oratoribus nonnunquam es-*

se solent familiaria, minus *admirabiles* tamen miracilia cum miraculis confundunt geniumque sapiunt Scriptorum profanorum, qui saepius admirandum vel artis, vel naturae effectum miraculum nominant, quo sensu septem mundi miracula antiquitus celebrata fuisse notissimum est.

§. III.

*Miraculo-
rum divisio ac
Morn. l.c.
Hoepfn. in I-
lur. usum coe-
nac Sct. II.
Art. I. Can.
VI. p. 226.*

Definitio,

Atque sic vanitas distinctionis appetet, qua miracula distingui nonnunquam solent in rariora & quotidiana, quippe raritatem, praeter MORNAEVUM jam nominatum, recte B. noster HOEPFNERVS ad resagog ad *sa-*
lur. usum coe-
nac Sct. II. Multo rectius miracula, missis aliis ad rem praesentem non facientibus divisionibus, distinguuntur in *miracula doctrinae* & in *miracula providentiae*, fundamento divisionis desumto non tam a causa efficiente, nam sic etiam *miracula doctrinae* originem suam Numini alicui provido debent; quam a fine, quiprouti ab Ente sapientissimo diversus nonnunquam intenditur, diversum quoque miraculis afferet nomen. Erit itaque *miraculum doctrinae* opus a sola D EI potentia absoluta proveniens, quo D EUS ordinarias leges motus vel ipse met *admirabiles*, vel per alium s. Angelum, sive hominem, cum quo virtutem miracula patrandi ad certum tempus communicavit, suspendit, ut doctrina & sermones ejus, a quo, vel cuius causa miraculum patratum fuit, Divini esse agnoscantur, hominesque per eam doctrinam ad sequendam verae salutis viam allicantur. *Miraculum vero providentiae* licet quoad reliquas partes penitus cum *miraculo doctrinae* conveniat, in eo tamen

tamen cum maxime differt ab ipso, quod per hoc unum modo religionis naturalis caput, scilicet doctrinā de DEI providentia, confirmatur, unde nec per ejusmodi miracula homines perennis salutis redduntur participes, neque in aliis suis de DEO, quae erroneae esse possunt, confirmantur opinionibus, sed ex circumstantiis temporum, locorum, personarum &c. certo concludere possunt, DEVVM per hacce opera extra ordinem facta nihil aliud intendisse, quam ut eo majori cum evidētia atque fiducia agnoscerent, se tale Numen esse, cui res humanae curae cordique sint, & qui nulla etiam intercedente hominum opera virtutes remunerari, scelera punire aliasque actiones, ad finem, quem ipsemet intenderit, sapientissime dirigere norit. Hac ipsa vero suppeditata Definitione simul prodigia & sonnia includi, utpote non tam efficiam, quam modum miraculorum variantia, licet in aliis suam admittere differentiam non negem, quemvis facile concessum esse existimo, quemadmodum nec id prolixiori indiget explicatione, quod miracula illa ad tertium providentiae divinae actum, sc. διόκησις, referenda sint.

§. IV.

Providentiam DEI miraculoſo modo apud eos, qui mandatis ipsius vero ac debito obsequio obtemperant, ſe nonnunquam exferere, forte nemo facile negaverit, dubium vero adhuc illud cuiquam videri poſſit, an ejusmodi opera inſignia inter Gentes quoque DEI ignorantes suisque cupiditatibus nimis indulgentes fuerint conſpicua? Sed dubitare fortassis definet, qui & perfectionem Summi Numinis & imbecillitates gene-

Dari mira-
cula provi-
dentias apud
Gentes evi-
citur, sum ra-
tionibas,

Conf. Fleetwood de Miraculis Dial. II. p. 230. seqq.
Edit. Lond.

generis humani paulo accuratius consideraverit. Inter perfectiones DEI OPT. MAX. cum primis ejus elucet bonitas, quae cum sit infinita, non unius regionis angustis includetur cancellis, sed omnium miserebitur a se conditorum, quoniam ergo ubivis locorum homines ejusmodi rerum connexionibus implicari possunt, ut non nisi Divina virtus miraculosa ad optatum finem eos perducere posit, quidni DEVS his in negotiis se se ipsis benignum exhiberet? non ac si hunc favorem essent promeriti, sed quia DEVS eos intuetur ut instrumenta, per quae laus suae potentiae ac bonitatis celebrari queat. Unde ipsarum sacratiorum literarum auctoritas idem de DEO confirmat, ita enim de eo Regius Psaltes canit:

Ps. LXXVII. Tu DEV S faciens miraculum; notum fecisti inter Gentes robur Tuum; quae verba licet proxime respiciant ad cladem Aegyptiorum in mari rubro ad *miracula doctrinae* Mosaicae potius referendam, certo tamen modo etiam ille miserrimus interitus, quatenus scilicet per eum justi limites surori Adversariorum fuerunt positi, *miraculis providentiae* annumerandus erit. Cumque Apostolus ipse sa

15.

teatur, *DEV S* se Gentibus non *μαρτυρεῖ* reliquisse, quis non haec ipsa miracula, ut speciem *μαρτυριας* Divinae intuebitur? Nam licet natura humana jam in ipso rationis lumine nec non dictamine conscientiae certissimum inveniat testem, qui unumquemque providentiae Divinae *διανοης* convincere posit, sapientissime tamen incredulitas, quae hominum post lapsum nunquam satis deplorandum est imbecillitas, cristas erigit, atque evidentissimas veritates haud raro oppugnat,

Vid. Schertz Syst. Lib. VII. §. XV. p. 136.

Aet. XIV. 17.

pugnat, quam comitatur naturalis quaedam socordia, qua homines somnolenti ad opera Divina aut plane non attendunt, aut causis secundis nimium adscribunt, si omnia semper eodem modo ac ordine agantur, his ergo morbis ut DEVS aliquod medicamen pararet, cursum ordinarium nonnunquam interruptus, ut ex somno excitatae Gentes novum quoddam suaec Providentiae reperirent specimen. Imo si vel maxime nullae hic afferriri possent rationes apodicticae, exempla tamen *tum exemplis* multa suo quodam jure postulant, ne omnia aliis plis, Gentibus denegemus miracula, ad quorum nonnulla perlustranda instituti ratio se jam accingit.

§. V.

In censem horum miraculorum Vir Summus, *quorum quidem alia incerta, ut miracula Vespiani,* HVGO GROTVS, quanquam subdubitanus, refert nationem coeci a Vespasiano sub auspicio imperii sui Alexandriae factam, cuius facti memoriam SVETONIVS verbis sequentibus consignavit, *Auctoritas, inquiens, & quasi Majestas quaedam, ut scilicet inopinato adhuc & novo Principi decretat, bac quoque accessit. E R. C. Lib. plebe quidam luminibus orbatus, item alius debili crure sedentem pro tribunal pariter adierunt, orantes opem valetudinis demonstratam a Serapide perquietem: restitu-* *Grot. de V.* *R. C. Lib.* *IV. S. VIII.* *p. m. 198.* *Suet. in vita Vesp.*

turum oculos, si inspuisset: conformaturum crux, si dignaretur calce contingere. Cum vix fides esset, rem ullo modo successuram, ideoque ne experiri quidem auderet, extremo hortantibus Amicis, palam pro concione utrumque tentavit: nec eventus defuit. Eadem paulo prolixius TACITVS memorat: Per eos, ait, menses, quibus Tacit. Hist. Vespasianus Alexandriae statos aestivis statibus dies, & Lib. IV. c. certa maris opperebatur, multa miracula evenere, quis LXXXI.

C

caele-

cælestis favor & quaedam in Vespasianum inclinatio Numinum ostenderetur. Ex plebe Alexandrina quidam oculorum tibi notus, genua ejus advolvitur, remedium coecitatis exposcens gemitu, monitu Serapidis Dei, quem dedita superstitutionibus Gens ante alios colit, precabaturque Principem, ut genas & oculorum orbes dignaretur respergere oris excremento. Alius manu aeger, eodem DEO auctore, ut pede ac vestigio Caesaris calcaretur, orabat. Vespasianus primo irridere, aspernari, atque illis instantibus, modo famam vanitatis metuere, modo obsecratione ipsorum & vocibus adulantium in spem induci. Postremo aestimari a Medicis jubet, an talis coecitas ac debilitas ope humana superabiles forent? Medici varie differere. Huit non exesam vim luminis & reddituram, si pellerentur obstantia; illi elapsos in pravum artus, si fabbris vis adhibeatur, posse integrari. Id fortasse cordi Deis & Divino ministerio Principem electum. Denique patrati remedii gloriam penes Caesarem, irriti ludibrium penes miseros fore. Igitur Vespasianus cuncta fortunae suae patere ratus, nec quicquam ultra incredibile, lacto ipse vultu, erecta, quae astabat, multitudine, jussa exsequitur. Statim conversa ad usum manus ac coeo reluxit dies. Vtrunque, qui interfuerere, nunc quoque memorant, postquam nullum mendacio pretium,

§. VI.

quae ficta fu-
isse probatur; Sed de his relationibus idem dici posse, quod
Gell. Noft. GELLIVS de nonnullis Graecorum schedis judicat, mi-
Att. Lib. IX. raculorum fabularumque plena esse, causae videntur po-
stulare non leves. Nolo jam diu haerere circa diffen-
sum, fallitatis alias *μεταρρητούς*, duorum antea nominato-
rum Historicorum, ubi alterum aegrotum Suetonius
crux

crure debilem, Tacitus autem manu aegrum fuisse memoriae prodit; neque posteriorem Historiographum nimii studii partium prolixius incusabo, dum multa se Vespasiani miracula relaturum promittit, & deinde tamen vix duo aut tria enumerat: sed si vel Imperatorem Thavmaturgum, vel aegros sanatos, vel miraculum ipsum, vel denique locum, in quo facta ea memorantur, attente quis aspicerit, causam de veritate miraculi dubitandi inveniet non plane nullam. Ipse namque *Imperator* ab istis Scriptoribus dicitur ne quidem rem tentare voluisse, quippe fraudem Sacerdotum & palpum sentiens, si recte judicat HVE TIVS; *Huet. in De-*
monstr. Ev.
Prop. IX. §.
VI. p.m. 832.
conf. Disert.
de Miraculis
Vespas. Prae-
sive M. Huet-
manno
Witreb.
MDCCVII.
habit. §.
VIII. p. 17.

Aegyptiorum superstitioni irridens, quae verior est
akorum conjectura, suos enim Deos reliquarum Gentium Numinibus superiores existere Genti Romanae persuasum fuit. Quis autem crederet, DEVVM virtutem excellentissimam θαυματεγγυν̄ alicui conferre voluisse, ita tamen, ut ipse ignoret, se hujus thesauri factum fuisse compotem, longe aliud de Prophe-
tis, Christo & Apostolis nos edocet Scriptura, quorum nemo viribus suis diffidens miseris hominibus irritis, sed virtute sua saepius ultro salutarem attulere medlam. Quid? quod Augusta tanti Monarchae Majestas ab hominibus vilioris fortis alio tempore non tam prope conspecta naturali modo sanitatem aliquatenus promovere potuerit, si enim donum strumas sanandi Regibus Galliae & Angliae usitatum non nisi a vividiore imaginatione, juxta nonnullos, derivandum est, cuius in curandis quibusdam morbis magnam vim esse, nequam negari potest: cur non etiam temporibus Vespasiani istorum aegrotorum Spiritus animales praesen-
Becman. Lin.
Doctr. M.
ral. c. II. §.
IV. p. 12. 13.
it. Paulus

Gottfr.
Sperling
in Dissert. de
ſtrumis &
Scrofululis S.
XIV.

te Summo Imperante fortius moveri & ad dissipandos humores morbidos aliquid conferre potuerint? Praefertim cum *morbus* non tantae esset mali iae, ut omnem sanationem naturalem respueret, *vis enim luminis non erat exesa & alterius elapsi in pravum artus, adhibitapi quadam salubri*, poterant integrari, quod ipsorum Medicorum apud Tacitum confirmat testimonium, hominem vero caecum natum, aut ex ipso matris utero egressum claudum sanare, uti a Salvatore nostro factum fuisse legimus, id equidem non nisi a virtute Divina repetendum esse, quivis facillime cognoscat. Neque etiam de DEO vero praesumendum, quod gloriam operis sui Divini alii idolo sit concessurus, quod quidem de Vespasiani *miraculo* legimus, ope scilicet & jussu Serapidis cuncta peracta fuisse, sic enim certo modo Gentes idololatricas in superstitione confirmasset anfamque suppeditasset, Numen suum impofterum collendi ut omniscium. Omnia vero clarissime fucus detegitur, si *locum*, in quo illae sanationes factae commemorantur, nobis ob oculos ponamus: anne enim Vespasianus eadem quoque Romae patraffe prohibetur? Neutquam, sed tantum Alexandriae, qua in urbe fraus Sacerdotum Aegyptiorum erat frequentissima, miseram plebem suis *κωματησιοις* misere deludentium, qua

Synes. in Cal. de re SYNESIVS; & de integra Gente minime vanum vitii encom. est CASPARIS PEVCERI judicium, *Aegyptii*, inquit, Penc. de natura δειποδαιμόνος, μυστηριαχοι & superstitionis, semel di- Divinat. c. moti a Patrum Sanctorum per manus traditis sententiis de Deopau- & exclusi ab intellectu atque usu vero patefactionum Di- tria p. m. dinarum, religionem quandam consuerunt ex commentis anilium terriculamentorum, somniis Sacerdotum, ritibus vulgi

vulgi superstitutione effectis & conservatis, quibus mox magicae artes & praestigiarum multiplicia ludibria accesserunt. Haec de Aegyptiis ante Christum natum potissimum in medium profert, ii, qui post Christi nativitatem vixerunt, non meliorem apud eundem inveniunt censuram, ita enim paulo post: Tandem, pergit, cum Apostolorum praedicatione explicata ex his furoribus liberataque fascino Diaboli & ad veritatis conspectum cognitionemque esset perducta, non ita multo post, eadem qua antea levitate, Christianae fidei professione abjecta, in pristinos se furores rejecit, reverfa velut canis ad vomitum, his bucasque haesit intricata. Vnde simul patet, Sacerdotes Aegyptiorum tales fuisse impostores, qui fallere tam voluerunt, quam potuerunt, namque & impiae Gentis nimia superstitionis ipsorum fraudes nullo negotio admittebat, & incrementa fidei Christianorum, quae actate Vespasiani per totum orbem uberrime germinabat, eo quoque eosdem adigebant, ut omni cura interitum sacrorum suorum jamjam imminentem avertere anniterentur. Quare miracula ista omnino pro commentis habenda esse dubandum amplius non est, quae procul dubio etiam causa fuit, cur Iosephus, nimis alias Vespasiani assentator, etsi moram Imperatoris in urbe Alexandrina memorat, eorum tamen plane nullam injecerit mentionem. Si vero quis rationibus jamjam adductis nondum penitus convinci potuerit, sed vera utique fuisse miracula sibi persuaferit, GROTIUM audiat, necesse Grotius L. 8. est, qui ne ista quidem facta miraculis doctrinae, sed providentiae annumeranda esse recte monuit, ut Titus hac re venerabilior Imperium Romanum facilius adi-

C 3 pifce-

pisceretur, lectus quippe Deo Iudiciorum ipsius in Iudeos minister.

nec non Adri-

ani, Minorem adhuc fidem merentur ea, quae a-
Spars. in A. pud SPARTIANVM memorantur Imperatoris Aelii
driano p. 33. Adriani miracula: cum enim gravi morbo decumberet
b. edit. Ald. ejusdemque necessitatem aequo nolle ferre animo, sed
 bis se occidere conatus esset, ea tempestate qua-
 dam mulier apud Scriptorem legitur supervenisse, quae
 diceret, somnio se monitam, ut insinuaret Adriano,
 ne se occideret, quod esset bene valitus, id cum
 non fecisset esse caecatam. Iussam tamen iterum ea-
 dem Adriano dicere atque genua ejus osculari receptu-
 ram visum, si id fecisset. Quod cum in somnio imple-
 set, oculos recepit, simulac aqua, quae in fano erat, ex
 quo venerat, oculos abluisset. Venisse, pergit idem
 Historiographus, & de Pannonia quendam natum cae-
 cum ad febrentem Adrianum eumque contigisse, quo
 facto & ipsum oculos recepisse & Adrianum febrem
 reliquisse. Sed neque Dion Graccus, quem Georgius
 Merula latine fuit interpretatus, quicquam de ipsis
 miraculis in vita Adriani refert, nec ipse Spartanus
 fraudem dissimulare potest sequentia subjiciens:
Quamvis Marius Maximus haec per simulationem facta
commemoret. Imo ne haec, si vel maxime ita conti-
 gissent, quicquam Christianae fidei detrimenti afferrent,
 pertinerent enim illa quoque ad *mira culia providentiae*,
 quibus DEVS malum per *avocagia* committendum a-
 vertere saevumque Imperatorem ab interitu vindicare
 voluisset, sive haec miracula nihil aliud ostenderent,
 quam dari quoddam Numen providum, cui vita Princi-
 pium curae cordique est.

s. VIII.

§. VIII.

Celebrantur quoque opera miranda] *Virginum & Tucciae*
quarundam Vestalium, tum *Q. Claudioe*, quae, cum *Virginum*
navis, qua Cybele ex Pessimunte Phrygiae Romam ad- *Vestalium*.
 vehebatur, haesisset in Tiberi, neque loco suo a quo- *Ovid. lib. IV.*
 quam dimoveri potuisset, adverso pudicitiae rumore *Fas. p. 579.*
 laborans, quod cultus esset studiosior, discincta zona *Edit. Lugd.*
 & navi alligata, precata Deam, ut si castam se nosset,
 volens sequeretur, navem duxisse legitur : tum alias
Tucciae, sive *Tucciae*, quae teste *VALERIO MAXIMO*, *Val.* *Max.*
incesti criminis rea, *conscientia certae sinceritatis suae*, *Lib. VIII. c.*
spem salutis anticipi argumento petere ausa est. *Arrepto l. 5.*
 enim cribro, *Vesta*, inquit, *si sacris Tuis castas semper*
admovi manus, *effice*, *ut hoc hauriam e Tiberi aquam*,
 & in aedium Tuam perferam. Audaciter & temere ja-
 etis votis Sacerdotis rerum ipsa natura cessit. Verum si
 dicendum quod res est, prior historia fabulosae Poe-
 tarum aetati originem suam debere videtur, non enim
 recordari possum, me unquam apud Scriptorem quen-
 dam fide dignum candem memoriae proditam invenis-
 se, sed quando recentiores Lexicographi & Locorum
 Communium Scriptores ad auctoritatem LIVII & VA- *Val. ! Max.*
 LERII MAXIMI passim provocant, falluntur ; hic enim *Lib. I. c. VIII.*
 tantum statuam Claudioe in vestibulo templi *Matris* ¹¹.
 Deum positam, bis ea aede incendio consumta, in sua
 basi flammis intactam stetisse, refert ; apud illum autem
 de miraculo altum est silentium, navem enim, scribit, *Liv. Lib.*
 ad ostium amnis Tiberini accessisse, Publiumque Cor- *XXIX. c.*
 nelium, sicut jussus erat, Deam a Sacerdotibus accepisse
 & in terram extulisse sequentia deinde annexens: *Matro-*
nae primores Civitatis, inter quas unius Claudioe Quintae
inſo

insigne est nomen, accepere; cui dubia (ut traditur) ante fama clariorem ad posteros tam religioso ministerio pudicitiam fecit. Ipse igitur gravis Scriptor mendacium forte subolens ejus ne quidem mentionem injicere suisque lectoribus imponere voluit. Posterius factum virginis *Tuciae* cum maxime mirandum fuisse negandum non est, placet tamen hic LEONARDI

Cogv.in notis ad Augst. COQVEI de eodem sententia: Haec, ait ille, & simili. Lib. XIII. ha non fuerunt miracula, sed opera Daemonum facta, de Civ. DEI quo facilius homines seducerent & sibi Divinitatem arrog. XVIII. garent. Quia enim ista Virgo ipsum Diabolum sublit. a.p. 591. Numine Vestae suae ad opem ferendam invocabat atque praeterea voto perpetuae castitatis ligata erat, illas enim Vestales ante annum XXX. nunquam, post illum rati. Ha. risfime nuptias celebrasse auctor est DIONYSIVS HALIC. Antiqu. LICARNASSEVS, quomodo verus DEVS eandem in Rom. Lib. II. superstitutione sua confirmasse donoque miraculorum p. 127. ed. Lips.

condecorasse censendus erit? Agyrta autem infernalis haud difficulter vel luto in profundo fl. vii haerente hauitaeque aquae misto statim omnes rimulas obstruere, vel aliud quoddam corpus crassius, ne aqua disflueret, objicere, vel, ut aer circumstans omnia latera cribri aequaliter premeret, efficere potuit, quemadmodum eadem opera eodemque forte modo aliud opus mirandum praestitit, ad miracula doctrinae, si verum fuisse, utique referendum, quando scil. eos ad confirmandum Attii Navii augurium novacula dissecta

Medin. in Christiana paraenesis f. directa in Deum fide c. VII. fuisse legitur. Qui vero utraque miracula certissimae fidei esse audacter pronuntiaverit, audiat MICHAELIS MEDINAE, Monachi Franciscani, doctissimam responsionem, quac ita se habet: *Non in illius, quae tunc apud*

apud Gentes vigebat, superstitionis attestationem haec prodigia facta, sed tantum in Divinitatis & providentiae testimonium, nimirum, ut scirent Gentes, esse DEUM, cui curae essent mortalium actiones, quique sanctos mores & justitiam probaret, contra vero pro delictis supplicia rependeret.

§. IX.

Ad miracula providentiae vulgo quoque referri Barbarorum solet audax quoddam facinus Barbarorum, qui, ut sa- a Delphico cratisimum istud fanum Delphicum diriperent, consi- Deo fulmine percuttorum; lium inierant, omnes funesta strage peremti, quo ipso, inquietum, Numen providum indicare voluerit, violatores sacrorum quorumcunque impunitos non esse relinquendos. Historia rei sequentibus verbis legitur a- pud HERODOTVM: Επει δὴ τὸν ἐπινότες ὁ βαρβάρος Herod. Lib. καὶ τὸ ιδὲ τῆς προνοίης θυντής, εἰν Τύρῳ ἐν μὲν τῇ ώρᾳ VIII. c. περανοὶ αὐλοῖς εὐεντιπτον, ἀπὸ δὲ τῇ παρενστῇ ἀπορραγεῖσαι XXXVII. δύο κορυφαὶ ἐφέροντο πολλῷ πατάγῳ εἰς αὐτὰς καὶ κατέλαβον seqq. συχνάς σφεων. εἰ δὲ τῇ ιδῇ τῆς προνοίης θοή τε καὶ ἀλαζυμὸς ἔγινετο. Συμμιγέντων δὲ τελέων πανθών, Φόβοις τοῖς βαρ- βάροις ἐπεπεπτωκες παθόντες δὲ οἱ Δελφοὶ Φένυγοντάς σφεας ἀποκαταβάλλεις απέκλινεν πλῆθος τι αὐτέων. οἱ δὲ περισσούντες, ιδὺ βιωτῶν ἐφευγοντελεγον δὲ οἱ πανοσήσαντες ὅτοι τῶν βαρ- βάρων (οἵ εγένετοι θάνατοι) αἱς ἡρός τέτοις καὶ ἄλλα εἴρων θάτα. δύο γαρ ὑπλίτας μέζονται κατὰ αὐθεόπτων Φύσιν ε- χοῦταις, ἐπεδάι σφι κλίνοντας καὶ διώκοντας. τότε δύο δὲ τέ- τοις Δελφοὶ λέγονται εἰσιχωρίας ἥρωας εἶναι, Φύλακόν τεινει λυ- τόνον. τῶν τὰ τεμένεα εἴτι περὶ τὸ ιδέν. Summa dictorum eoredit: Barbaros thesauros fani Delphici direpturos, posteaquam ad facellum Minervae, quod erat ante templum, pervenissent, fulminibus coeli afflatos suis- fe, duosque vertices Parnassi absicissos &c. in ipsos devo- lutos

Iutos permultos eorum enecasse, auditio in Minervae facello laeto clamore ac jubilo: terga dantibus Barbaris duos praeterea institisse Iuvenes natura humana augustiores, non quidem, uti Interpres Herodoti, quem Vallam autumant, falso sibi persuadet, solos, sed plures post se ducentes milites statura humana proceriores, caedem facientes atque insequentes, quos Delphi suos dixerunt fuisse Heroas indigenas, Phylacon & Autonoum. Rem ita gestam fuisse non negabo, a Summo autem Numine suae *providentiae* demonstrandae causa ejusmodi mira facta derivanda esse temere quidem affirmare nolim. Nam quis est, qui ignoret, quanta fuerit hujus oraculi apud excoecatas Gentes auctoritas? Eam autem hocfacto ipse DEus illustriorem reddidisset, Daemonemque malum in operibus suis adjuvasset, aperie enim paulo ante oraculum pronuntiaverat, se metipsum defensurum esse. Cum huius Genii mali natura etiam quam optime convenit gaudium de caedibus humanis, quem Avorum nostrorum aetate, Episcopo Hildesiensi & Abbe Fuldensi de praecedentia, ut loquuntur, sive de sessione dimicantibus, Goslariae in templo ipsis feriis Pentecostalibus, dum Canonici init-

Pf. CXIIX, um sacrorum his verbis facerent: *A Domino factum
est istud, & est mirabile in oculis nostris, haec est dies,
Georg. Nico-
lae. Syll. Hi-
gor. P. II.
Lib. XVIII,
P. 453. &c.* quam fecit Dominus, exultemus ac laetemur in ea; magno cum cachinno exclamasse legimus: Haec est dies, quam ego feci cruentam. Quod etiam milites alii conspici- fuerint, statura humana proceriores, astum prodit Dia- bolicum, ejusmodi enim speciem terrorem incutien- tem malos Genios frequentius assumere, quam quidem bonos, competitum habemus, quibus prouinde tempe- stas

stas illa excitata optimo quoque jure tribuenda erit.
 Dantur quidem adhuc nostris temporibus Viri quidam *Vid. Dissert.*
Consultissimi, qui a plerisque hodie concedi putant, *de fallacibus*
motus tempestatum ex machinatione Diaboli non depende- *indiciis Ma-*
re; sed pace Eorum dixerim, forte hoc a plerisque ho- *giae Praesida*
die non concedi, postquam Beckerianae sententiae i- *Henr. Bodino*
psos autores propemodum jam pudere incipit: Nihil *a Felice Mar-*
enim obstat, quo minus Cacodaemon, qui in ipsis *tino Brähm*
Scripturis Princeps aeris nominatur, domumque Iobi *pro Lic. habiti-*
procella magna destruxisse legitur, ascendentess vapores *Halae*
quendam in locum, DEO ita permittente, propellere *MDCCCI. §.*
XIV.
Ibidemque in guttas resolvere, fulminaque in homi- *Eph. II. 2.*
nies dejicere possit. Neque contraria sunt verba Pro- *Job. I. 19.*
phetac nobis objecta, dicentis: *Numquid sunt insculpiti Jer. XIV. v.*
ptilibus Gentium, qui pluant? aut coeli possunt dare im- *ult.*
bres? nonne tu es Dominus Deus noster, quem expectavi-
mus? Tu enim fecisti omnia haec. Aliud enim est ter-
rae sificanti, qualis tum quidem Israelitica erat, pluvi-
am dare ad fructus proferendos, aliud subitaneum im-
brem ad perdendas fruges, aut vexandos homines cer-
to cuidam Ioco immittere: quemadmodum illud adhuc
ius Vniversi conservationem necessario pertinet, soli
DEO vindicandum, qui pluere facit super justos & in-
justos; ita hoc, cum virtutem omnipotentem non requi-
rat, sed tantum potentiam causas secundas combinandi,
Diabolo denegandum non est, DEO tamen non pen-
nitus excluso, qui vel malorum coercionem, vel bo-
norum castigationem ac emendationem eo ipso inten-
dit.

§. X.

Procedendum nunc quoque ad ea miracula, *alia rati-*
onibus *ibidem* *magis certa,*

quae oblige-
 runt tum per-
 sonis publicis,
 m: θησαυρού.
 Quidam
 quae proprius ad veritatem accedere videntur, cumque
 providentia Divina in primis Heroas ac *Principes* hujus
 terrae tueri soleat, primo, quidnam in eorum vita haud
 raro' miraculosi obtigerit? dispiendum, deinde etiam e-
 exemplis *privatorum* addiscendum, providentiam Divinam
conf. *Difser.* modo extraordinario nonnunquam circa ipsos occupa-
 habac de mat. tam fuisse. Prodeant ergo ante omnia ii, qui a besti-
Praef. *M.* is quondam enutriti fuerunt *Imperatores* ac *Principes*.
Petzold a Io-
bhanns Ctri-
stophoro Erd-
Lips. 1703.
Infl. Lib. I. c.
IV.
Lib. XLIV.
c. IV.
Lib. XXIII.
c. IV.
Ael. in Var.
Hijf. Lib. XII.
c. 42.
Diod. Lib. II.
c. IV.
Ovid. l. III.
East. verf. 52.
Dionys. l. I.
p. 65. Fl. l. I.
c. I. Iust. l.
XLIII. c.
IV.

Sic apud IVSTINV M invenimus canem foeminam par-
 vulu Cyro ubera praebentem & a feris alitibusque de-
 mann. hic fendentem, nec non cervam aliaque bruta animantia
 expositum melle circa infantem congesto multis diebus
 alentes; sic Telephum, Agaves, & Herculis filium, a cer-
 va; Peliam, Neptuni & Tyrus filiam, ab equa; Alo-
 pes Priamique filium ab ursa; & Aegisthum, Thyestae
 & Pelopiae filium a capra enutritos fuisse legimus apud
 AELIANVM. Eodem modo columbae Semiramidis
 fuerunt altrices, quae, cum natura ipsis ubera denega-
 ri pueris infantisque ori inseruisse leguntur apud DIO-
 DOD. Et
 ripuisse infantisque ori inseruisse leguntur apud DIO-
 DOD. LIB. II. DORVM SICVLVM. Et
 Lacte quis infantes nescit crevisse ferino?
 primos scilicet vasti imperii Romani Conditores, Ro-
 mulum atque Remum, quos a lupa educatos fuisse re-
 ferunt DIONYSIUS, FLORVS, IVSTINVS, aliique Scri-
 p. 65. Fl. l. I. ptiores gravissimi. Allatis exemplorum historiis pluri-
 ma immista esse mendacia penitus negandum non est,
 omnia tamen & singula in dubium vocare velle fidem
 Historiacam plane videatur tollere, praesertim cum hi-
 storiae temporum nostris propiorum de ejusmodi
 exem-

exemplis non plane fileant. Sic enim ex Appendice ad Schafneburgensem narrat KORNMANVS, triennem puerum a lupo in antrum suum tractum, non modo illacsum mansisse, sed & a lupo praeda enutritum fuisse, quadrupedem incesisse, saltitare & currere ab alio edoctum dum vixit, tandem inventum ab incolis magno labore erecto corpore incedere valuisse, oblatumque Henrico, Hassiae Landgravio, in cuius dictione hoc contigerat, saepius dixisse, gratiorem sibi fuisse consuetudinem luporum, quam ipsorum hominum. Deinde alterum quendam puerum A. C. MCCCXLIV. a venatoribus inter feras inventum & captum fuisse hominumque societati asperatum vixisse usque ad annum octogesimum. Quare cum Celeberr. MORHOFIO omnino dicendum, non omnia vana esse eiusmodi Historico: um documenta, quibus Divini aliquid subesse res ipsa loquitur: DEI enim providentia non uno modo circa omnes versatur, sed quos invenit vel sui cultores, vel quorum ministerio hunc mundum prae aliis regere intendit, peculiari opera tuetur ac fovet, hisque insolitis exemplis servatis non solum eo majorem conciliat auctoritatem, sed & clarissime mortales edocet, sibi mille adhuc vias relietas esse, quibus servare possit, quemcunque voluerit. Neque fraudibus hominum, aut operibus Geniorum malorum ea recte accensebuntur, illi enim naturam bestiarum indomitam in puncto temporis ita compescere haud possunt, ut nutrices se parvulis praebant, neque cum ipsorum *ιαχαιεναια*, aut rerum contingentium, quae adhuc futura sunt, ignorantia convenit, adeoque soli Enti

Optimo

Kornm. de
mirac. vivo-
rum p. 4

Morhof. Pe-
lyb. Lib. I. c.
XII.

D 3

Optimo atque Omnicilio, leges naturae liberrime transi-
lienti, omnium rectissime adscribetur.

§. XI.

Croesi Filio;

Gell. Noſt.

Att. Lib. V.

c. LX.

Miraculi nomen suo quodam jure etiam meretur
subitanea illa mutatio in Filio Croesi facta, quam apud
A. GELLIVM verbis sequentibus relatam legimus :
Filius Croesi Regis, cum jam per aetatem fari posset, infans
erat & cum jam multum adolevisset, item nihil fari qui-
bar. Mutus adeo & elinguis dñi habitus est. Cum vero
in Patrem ejus bello magno vietum & urbe, in qua erat,
capta, hostis gladio deducto Regem esse ignorante invaderet,
diduxitque adoleſcens os, clamare nitens eoque nixu atque
imperu ſpiritus, vitium nodumque linguae rupit, planeque
& articulate locutus est, clamans in hostem, ne Rex Croe-
sus occideretur. Tum & hostis gladium reduxit & Rex
vita donatus est & Adoleſcens loqui prorsus deinceps ince-
pit. Herodotus in historiis hujus memoriae scriptor est,
eiusque verba sunt, quae prima dixisse filium Croesi re-
fert: ὁ νεωτερὸς μὲν καὶ νέοτερος εὐσέβεια. Eandem historiam scribit
IV. 6. Solin. VALERIVS & SOLINVS, illeque hunc Filium
c. VII. mutum Athim fuisse appellatum dicit, quo tamen in no-
mine ab ipso dissentit Herodotus, qui Filii alterius ab
Herod. l. c. c. XXXIII. apro interficti nomen Athym fuisse affirmat. Quis
vero ex hoc facto non insignem DEI agnosceret provi-
dentiam, quae adhuc hodie sacras Principum personas
saepe ex praefentissimis vitae periculis eripit modo pror-
ſus singulari quaeque novo quodam miraculo in eodem
Croeso protegendo confirmata fuisset, si Herodoto ha-
benda esset fides. Paulo post enim memorat, rogum;
in quō Croesus iufu Cyri positus erat, jam ardere ce-
pisse, & licet Cyrus mutata sententia präceperit, i-
gnem celerrime extingui Croesumque deponi, vim
tamen

tamen ignis amplius haud superari potuisse. Tum Croesum lacrymabundum Apollinem invocasse , ut fibi auxilium ferat , statimque nimbos ac imbræ depluisse, cum antea coelum serenum fuerit ac tranquillum, atque sic Croesum e flammis servatum fuisse.

§. XII.

Huc quoque referri meretur, quod Xerxi Lacerdaemonios invadendi consilium agitanti, admirabile inter coenam accidit prodigium. Infusum namque paterna ejus vinum in sanguinem, nec semel, sed iterum & tertio conversum est; qua de re consulti Magi monuerunt, ut ab incepto abstineret, si vera sunt, quae ea de re commemorat VALERIVS MAXIMVS. Diaboli *Xerxes*, *Val. Lib. I. 6.*
 potentia cum eo se non extendat, ut unam substantiam *Vl. I.*
 in aliam transmutare possit, nec ipsius malitia permittat, homines a caedibus revocare, utpote qui ανθρωποτόνος
 est απ' αρχῆς, hinc merito ad Numen Optimum Providentiam suam denuo hic demonstrans consugiendum est. DEVS enim, cum sanguine hominum non delebetur, omnes vias experiri voluit, quibus Regem bellicosum a proposito abduceret, totque myriadas hominum in vita conservaret. Simile quid huic miraculo etiam legimus apud PAVLVM OROSIVM, qui inter ostenta *Orof. lib. V.*
 belli socialis prævia memorat apud Aretinos, cum panes per convivia frangerentur, cruentem e mediis pani bus, quasi e vulneribus corporum fluxisse. Longe aliud vero est, quando Moses coram Rege Aegyptio aquam in sanguinem convertit, hoc enim, pertinebat ad *mira*cula doctrinae, quibus dictis suis fidem conciliare Aegyptiisque persuadere volebat, vere se a DEO missum esse ; Xerxes contra in nulla alia re per hoc mira-

& DIONYSIVS, qui adhuc aliud quoddam Servii nativitatem praecedens recenset miraculum, sed nimis spurcum, quodque ipse met fabulostum sibi videri candidate satetur. De eodem ita canit OVIDIUS:

Signa dedit Genitor tum, cum caput igne corusco

Contigit inque coma flammœus arsit apex.

Vt alios jam non adducam idem factum prolixius enarrantes, quorum tanta est copia, ut CICERO de veritate miraculi certo convictus exdamare audeat: *Caput aruisse Servio Tullio dormienti, quaæ historia non prodidit?* Occasionem procul dubio inde accepit MARO similia de suo Ascanio fingendi, Aeneam enim sequentem in modum introducit loquentem:

Ecce levis summo de vertice visus Iuli

Fundere lumen apex, tacituque innoxia molles

Lambere flamma comas & circum tempora pasci.

Nos pavidi trepidare metu, crinemque flagrantem

Excutere & sanctos restinguere fontibus ignes.

Similia de Ascanii futura Conjuge alibi profert:

Praeterea, inquiens, castis adolet dum altaria taedis

Lib. VII. Aeneid.

Et juxta Genitorem astat Lavinia Virgo,

Visa (nefas) longis comprehendere crinibus ignem

Atque omnem ornatum flamma crepitante cremari.

Vbi tamen notandum, quando lucem urens flamma comitabatur, aliquid mali simul portendi ominabantur, hinc etiam Vates Laviniam famam satisque illustrem fore canebant, populo autem magnum imminere bellum praemunitiabant. Contra ea, quando flamma pura citra laesionem apparebat, nil nisi summa felicitas ea significari credebatur, neque id immerito: Sicut enim ignis clarus est ac splendidus, ita etiam claros futuros, quibus eveniunt, ejusmodi prodigia ostendunt. Hinc il-

E

lu-

c. VI. Val.

Max. Lib. I.

c. VI. Dion.

Lsb. IV. p.

207.

Ovid. Fast.

hb. VI.

Cic. Lib. I. de

Divinat.

Virgil. Lib.

II. Aeneid.

Iustria Macedonum castra Dario per somnum visa Ale-
xandro fulgorem portendere, non ita male quidam au-
gurantur apud CVRTIVM. Et Romani cum pila ante
Curt. Lib. III.

6. 3.

tentoria defixa ardore conspicerent totaque castra ful-
gore insolito illustrari, victoriam sibi a Sabinis certo
certius reportandam promittebant, ἐπειδὴ τε ἀπαντῶντες
εἰ, καὶ γέγοντες ὅτι ὡχρόποτε πυρὸς διαφεύγονται, ad quam ratio-
nem a potentia ignis cuncta desumentis desumptam pro-

Dionys. Lib. V. p. 313. provocat DIONYSIUS. Quanquam iste ignis in castris

Romanorum conspectus ideo cum nostro miraculo ex
asse comparari nequit, quod viribus naturae excitari

Sen. Lib. I. natural. potuit, quemadmodum recte docet SENECA, qui

Quaest. c. 1. idem de Gylippo Syracusas petente resert inque causam

hujus phaenomeni prolixo inquit. Flammula autem
circa caput Servii haerens procul dubio ordinem natu-
rae egrediebatur, non enim sub dio erat positus, sed
in regio conquiescebat thalamo, neque subito evanuit,
aut capillos ipsius laesit, quod tamen in naturalibus fi-
eri ostendit idem Seneca: Sed Numen providum ex-
citabat eo ipso Reginae animum, ut puerum non so-
lum more regio educaret, sed & omnibus viribus, ut
in Conjugis locum substitueretur, allaboraret, quod

Liv. l. XXV. c. 39. Val. citra illud miraculum vix ita eventurum fuisse putandum
est. Quae vero LIVIUS & VALERIUS de L. Marcio
Lib. I. c. VI. Duce memoriae prodiderunt, ei concionanti fusam e
capite flammarum sine ipsius sensu, cum magno pavore
circumstantium militum, lubens hic praetermitto, cum

2.

ex antea dictis facile dijudicari possint.

§. XIV.

*T. Vespasia-
no* Neque omnia penitus rejicere velim prodigia
& signa imperium *Vespasiani* praecedentia & a SVETO-
NIO

NIO prolixo ordine enumerata: licet enim difficile fuerit hic quoque vera a falsis discernere, portenta tam nonnulla, antequam ad summum Imperium perveniret, contigisse, a vero alienum non est, quin potius existimandum, Summum Numen tanta opera per huncce Imperatorem effecturum praeludia futurae dignitatis ἀπὸ τῆς μαρτυρίου hominibus ostendere, eoque ipso animos ad consideranda judicia per hunc Virum jamjam exequenda praeparare voluisse, quo sic facilius cognoscerent, quemadmodum huc usque DEVIS OPT. MAX. singularem operam in propagando ac propugnando populo suo adhibuisse, ita nunc quoque peculiari modo circa istum destruendum versaturum esse. Neque fraus, aut dolus tam apertus est, uti in eis, quae superius recensita fuerunt, unde nec IOSEPHVS eadem praetermittit, sed *Vespasiano* contigisse ait πάλαι σημεῖα πανταχοῦ προδιαίρετα τὴν ἡγεμονίαν, & alio in loco ita de eo loquitur: τῇ οὖσῃ ἐγείρονται τὸν εἰς ἡγεμονίαν ἥδη καὶ τὰ συντρεπόμενά σημεῖαν προδεικνύνται, quae verba GROTIUS quidem explicat de fictitiis miraculis in superioribus jam rejectis, sed pereram, filum enim historiae demonstrat, Iosephum respexisse ad ea signa, quae contigerant ante suscep- tum imperium & antequam in urbem Aegyptiorum, Alexandriam, intrasset. Neque illa tamen signa, quae cunque etiam fuerint, hoc evincunt, cultum DEI, quem *Vespasianus*, aut ipsius Parentes sequebantur, fuisse verum mandatisque Divinis conformem, hujus enim rei nullum invenimus vestigium, sed istud tantum exinde concludendum, *Vespasianum* DEO curae cor- dique fuisse, qui & ipse propterea tanta majori cum au- docia

Ios. lib. V. de
bello Ind. c.
XII. al. 38.
lib. III cap.

27.
Grot. lib. IV.
de V. R. C.
§. VIII. in
not. n. 7.

E 2

dacia

dacia opus aggredi poterat, quod alias tam infeliciter plurimis Regibus cessisse procul dubio non ignorabat.

§. XV.

S Alexander somnianti : Huc quoque optimo jure referuntur *somnia m-*
somniante : *raculosa*, quibus Summis Imperantibus fata futura non
 nunquam praenuntiata fuerunt, quale quidem de ma-
 Val. Max. gno illo terrarum Domitore commemorat **VALERI-**
 Lib. I.c. VII. VS , quam bene , inquiens, *Macedoniae Rex Alexander*,
 2. *per quietem visa imagine praemonitus erat, ut vitae suae*
custos esset diligentior, si eum cavendi etiam periculi con-
silio fortuna instruere voluisset! namque Cassandri pessi-
feram sibi dextram somnio prius cognovit, quam exitu
sensit: existimavit enim ab illo se interfici, cum eum nun-
quam vidisset. Interposito deinde tempore, postquam in
conspectum venisset, nocturni metus patefacta imagine,
ut Antipatri Filium esse cognovit, adjecto versu Graeco,
qui fidem somniorum elevat, praeparati jam adversus
caput suum venesci, quo occidisse Cassandri manu creditur,
suspicionem animore repulit. Notatu dignissimum quoque
 Val. I. c. 4. est, quod idem Scriptor refert *Croesi somnum* ab HERO-
 Herod. Lib. DOTOpaulo prolixius descriptum, quo praemonitus fu-
 c. XXXIII. erat, fore, ut filium Athym ferrea cuspis trajectum inter-
 seqq. imeret, unde patria cura omni quidem modo nitebatur
 avertere, quicquid ad evitandae clavis acerbitatem per-
 tinebat, impedire tamen haud potuit, quo minus lan-
 cea petendae ferae gratia ab amico missa frustrato ictu
 filius occideretur. Plura ejusmodi *somnia* recensent
 Cic. lib. I. de Valerius, CICERO aliisque, & ipsae S. literae testantur,
 Divinat. DEVUM haud raro cum *Regibus* etiam exterarum Genti-
 Gen. XX, 3-um, e.g. *Abimelech*, *Pharaone*, *Nebucadnetzare* collo-
 c. XLII, 1. seqq. cutum fuisse, ipsiusque providentiam infortunium a
 Dan. II, 1. capitii-

capitibus *Regum* etiam post illa tempora ejusmodi somniis declinare voluisse vero per quam est simile. Probe autem distinguenda sunt illa somnia a *somniis*, si italo-
qui licet, *doctrinae*, qualia quandam viderunt Prophetae, hodie autem expectandae non sunt, hinc etiam Zwinglius de explicatione copulae : EST, personarum certior factus, mente tamen adhuc fluctuante exclamare necesse habuit : *Ater fuit, an albus* (spiritus per somnium ipsi apparenſ) *nihil memini? Somnium enim narro.*

Dannh. Mu-
sne. Scđ. I.
Artic. I. ſ. 6.
p. 25.

§. XVI.

Aequo DEO immortali accepti fuerunt *homines tum privatis, ad tantum honoris ac Majestatis fastigium nunquam erecti, ut Simonidi, quippe & eos Providentia DEL extraordinaria nonnumquam obiectos suis historiarum monumenta loquuntur.* Sic enim de Poeta Simonide refert CICERO, *Cic. lib. II. de Orat.* dicunt, ait, *cum coenaret Crannone in Theffalia Simonides apud Scopam, fortunatum hominem & nobilem, cecinissetque id carmen, quod in eum scripsisset, in quo multa ornandi causa Poetarum more in Castorem scripta & Pollucem fuissent, nimis illum sordide Simonidi dixisse, se dimidium ejus ei, quod paetus esset, pro illo carmine daturum, reliquum a suis Tyndaridis, quos aequo laudasset, peteret, si ei videretur. Paulo post esse, ferunt, nuntiatum Simonidi, ut prodiret, Iuvenes stare ad januam duos quosdam, qui cum magnopere evocarent; surrexisse illum ipsum, prodiiisse, vidisse neminem. Hoc interim spatio conclave illud, ubi epularetur Scopas, concidisse, ea ruina ipsum oppressum tum suis interisse. Quod hic Poeta laudes Castoris & Pollucis cecinerit, rem dubiam facere videtur, an ab ipso DEO vero per miraculum ab*

infortunio liberatus fuerit, utpote quem carmen profanum magis ad iram, quam misericordiam provocaverit: attamen excusandus adhuc erit Poeta, quoniam *ornatus* tantum *causa more solito* haecce carminibus suis inferuit, quemadmodum nechodie Deorum nomina carminibus Poetarum nostrorum prorsus sunt incognita, qui tamen piam veramque de DEO uplurimum sovent sententiau. Atque Simonidem longe aliud sibi de essentia Divina persuasisse, ac quidem carmine isto protulit, vel inde constat, quod Hieroni, Regi Syracusano, quaerenti: quid DEVS sit? post multarum dierum ab ipso meditandi causa expetitum spatium, nihil plane respondit, eausam silentii hanc exponens: Quo magis cogito, eo minus invenio. DEVUM autem peculiari modo ejusdem salutem quaequivisse confirmat *somnium* ipsius a VALERIO memoriae proditum, quo monitus, ne proxima die navigaret, in terra remansit, reliquis sociis, qui inde solverant, fluctibus & procellis in conspectu ejus obrutis. Neque quenquam movere debet, quod miraculum paulo ante descriptum opera Angelorum, ii enim procul dubio fuere duo juvenes Poetam evocantes, effectum fuisse, cum tamen miracula, vi definitionis supra allatae, non nisi a potentia infinita provenire debeant. *Quan-*
quam enim in miraculis potentiam infinitam semper elu-
cere concedamus, loquor cum Viro Celeberr. HENRICO
DODWELLO, non tamen concedendum existima-
Dodw. in praefat. Dis-
perser. in Ire-
natum §.
VII.
mus, semper id, quod in miraculis fit, a potentia proce-
dere infinita, a qua nimurum fiat. Angelos ministros ad-
bibet DEus, ut in ordinario mundi regimine, sic etiam sae-
pe inmiraculis. Tunc tamen illa Angelorum opera pro
mira-

miraculis habemus, cum praeter ordinarias eduntur usitatasque mundi gubernandi regulas. Quia itaque regulas ab infinita tam sapientia, quam potentia praescriptas transgredientur, in eo dicimus infinitam potentiam apparere, non quidem operantem, sed (quod ad nostram causam abunde sufficit, ut DEI manum in his operibus agnoscamus) jubentem saltem &c.

§. XVII.

Mirum in modum se quoque providentia ^{Androdo}
vina benignam exhibuit ^{Servo} Androdo, Daci, Viri Consularis servo.
Ad hunc enim, cum quotidianis verberibus
ad fugam coactus fuisset, inque specu quadam latebro-
sa se penetraisset ac recondisset, leo quidam cruento
pede mansuetus accessit & pede sublato opem ab An-
drodo petere visus est, qui & stirpem ingentem vesti-
gio pedis ejus haerentem revulxit & conceptam famiem
vulnere intimo expressit. Postea cum idem Androdus
ad Dominum suum reductus bestiis laniandus objice-
retur, leo ille, qui etiam interea temporis a venato-
ribus captus erat, coram ipso quasi admirans stetit cau-
damque ritu adulantium canum blande movit, homi-
nisque sese corpori adjunxit & crura manusque prope
jam exanimati metu lingua leniter demulxit; ^{Gell. Lib. V.} Quam
historiam pluribus recenset GELLIVS ex Apione, teste ^{c. XIV.}
oculato, qui Apion hoc praeterea addit, Androdum
poena solutum leonemque ei suffragiis populi donatum
fuisse, cum quo postea loro tenui revincto urbe tota
circum tabernas iverit multo donatus aere omnibusque
obviis acclamantibus: Hic est leo hospes hominis, hic
est homo medicus leonis. Sed quia iste Apion in iis,
quae audisse, vel legisse sese dicit, fortasse a ^{dis-}

diogue ostentationis sit loquacior, uti Gellius de eo sentit, maximoque in Iudeos flagravit odio, contra quos etiam librum edidit, unde Iosepho occasio enata fuit, libris duobus eundem confutare, dubium non est, hanc historiam ab ipso excogitatam fuisse, ut verum miraculum, quod in Sacris literis Danielis inter leones versanti obtigisse legimus, eo ipso elevaret. Minus tamen hoc felici successu praestitit, nam si vel maxime admitteretur, rem cum Androdo ita vere gestam fuisse, magna tamen inter utramque factum adhuc remanet differentia. Conservatio enim Danielis miraculosa pertinet ad *miracula doctrinæ*, quippe ob doctrinam, cuius pars erat, indefessa & sine hypocriti peragenda oratio, in foveam leonum detrusus fuit, unde etiam Rex Darius, cognita salute Danielis, edictum promulgavit, ut omnes populi imperio suo subjecti DEVIT Danielis colerent ejusdemque doctrinam amplectenteruntur. De suo vero Androdo nihil hujuscemodi memorat Apion, adeoque factum hoc nihil aliud demonstrat, quam Providentiam Summi Numinis homines etiam viliores tueri atque ex malis ingruentibus extraordinarie eripere posse, quae thesis cum ab omnibus Iudeis concedatur, non video, qua ratione auctoritas fidei ipsorum conquassari, vel ab asserta DEI providentia ad negandam veritatem doctrinae Iudaicæ valide concludi potuerit.

Dan. VI, 26.

*et Arioni C.
tharocdo.*

Gell. Lib. XVI. c. XIX.

§. XVIII.

Eadem quoque fidem meretur, quae apud GELLIVM de quodam Arione legitur miraculi plenaria historia, vel potius, ut ipse loquitur, *fabula*. Eum, serunt, multa pecunia onussum a nautis praedae cupidis in

in profundum maris dejectum fuisse, antē vero, quam praecepse navi daretur, ipsi concessum fuisse, stantem in summae puppis foro carmen voce sublata cantare. Delphinus, nam hoc genus animalium Musicam amare adjunt, suavitate cantus allectus inter undas adnavit & dorso super fluctus edito e navi exsidentem vectavit in columemque Taenarum in terram Laconicam devexit. Sed cum ipse Gellius de veritate relationis dubitet, HE-
RODOTVS etiam fateatur, se tantum recensere, quae
alii de isto Viro dixerint, dubium non est, quin hanc historiam primi inventores e Prophetia *Ionae* suffurati sint, factumque miraculosum, quod Prophetae accidit, suo Arioni adscripsérint, ita tamen, ut notatu dignissimam circumstantiam omiserint. Nam conservatio *Ionae* in alvo ceti non tantum pertinet ad *miracula providentiae*, sed cum maxime etiam ad *miracula do- Etrinae*, nam ut de typo in eo abscondito nihil dicam, Ninivitae eo ipso admonebantur, ut sermonibus Prophetae eo faciliorem praebarent assensum, quippe Summum illum DEVM serio videbant salutem suam quaerere, alias enim neque praecognitum poenitentiae ad ipsos misisset, neque tam miraculofo modo in vita conferwasset. *Arionis* contra navigium quid aliud in se continet, quam DEVM etiam in undis maris periclitantes salvos servare posse, adeoque nihil aliud est, ac quidem *miraculum providentiae?*

§. XIX.

Quae de ASPASIAE somnio, in quo ipsi phar- *Epilogus.*
macum, referente AELIANO, tuberi imponendum *Ae'. Lib.*
ostensum fuit, aliisque miraculis adhuc dici possent, *XII.c. I.*
Iubens hic praetermitto. Non enim animus est cun-

F

ctae,

cta, quae olim inter Gentes gesta fuerunt, prolixius
excutere, sed ex nonnullis tantum ab ipsis tamen cum
maxime jactitatis miraculis probare, miracula ipsorum
a nostris admodum esse diversa. Abeant nunc ergo Phi-
losophus, nostramque veram doctrinam suis miraculis
convellere tandem aliquando definit, an ne illa,
quae objicit, opera miranda evincunt, placita eius es-
se diuina & ab omnibus sectanda, quod quidem nostra
faciunt? Contrarium sane praefens opella evicit, nihil
scilicet aliud miracula ipsorum confirmaret, quam dari
etiam inter Paganos numen aliquid providum, quod
Adversariis omnino concedendum est, salva tamen no-
stra, quam profitemur, doctrina. Abeant quoque inse-
lles Paganorum, quemadmodum in aliis rebus, ita in
jactandis miraculis imitatores Pontificii, neque ampli-
us ad suas in India praeclare & miraculose gestas res
provocent, nam ut hoc in praesenti non urgeat, ple-
raque ab ipsis esse conficta, quippe magnus corum A-
postolus, Xaverius scilicet, ipse nullam plane in epi-
stolis miraculorum, quae tamen ab aliis illi adscribun-
tur fere innumera, injicit mentionem, quin potius sub-
inde satetur, taediosum Iaponensium idioma sibi ma-
ximo impedimento esse, quo minus Verbum DEI cum
feliciori successu praedicare possit; IOSEPHVS etiam

nae in hypothesibus Pontificiis aliqua ex parte latentia
iisdem confirmare, Verbum DEI enim etiam inter spinas
germinat, vel, uti olim se Numen providum esse com-
probare velle, censendus est. Idem DEVS OPT.
MAX. qui non solum per totum vitae meae tempus
se maxime providum mihi exhibuit, sed & provida
sua manu huncce qualemque laborem jam ad finem
perduxit, suae curae me & in posterum commendatis-
fum esse concedat, devotasque laudes providentiae
in Christo ipsi oblatis clementer accipiat:

*Benedictus Dominus, quoniam mihi admirabilem ps. XXXI,
fecit benignitatem suam!*

22.




1890 Gintzler Antiques


00 A 6280



56.

Reise





B.I.G.
36

EXERCITATIO HISTORICA
DE
MIRACVLIS PROVIDENTIAE APUD GENTES ANTIQVAS,
INCLYTI
ORDINIS PHILOSOPHICI CONSENSV
PRO LOCO
IN EODEM OBTINENDO,
PUBLICAE ΣΤΖΗΤΟΥΝΤΩΝ ΕΞΕΤΑΣΕΙ
SUBMISSA
A
FRIDERICO QVIRINO GREGORIO,
PHILOS. MAG. ET AD S. THOM. CONC.
SABBATH.
D. XI. APRIL. MDCCXIV.
H. L. Q. C.
—
LIPSIAE,
LITERIS ANDR. MARTINI SCHEDII.